

farinarum dimidia oleorum & adipum pars  
quarta sumatur.

9. coll. 24.

Vsus: Etsi cataplasmata potissimum inflammatiō-  
nibus conueniant, quæ neq; madefactiones neq;  
emplastrum apte recipere queunt, eo, quod delica-  
tiores sint, quam vt horum applicationem ferant,  
vt ex Antyllo Oribasius docet: attamen ad dolo-  
res leniendos tumores concoquendos, materiam  
digerendam, flatus discutiendos, inflammations  
sedandas, fluxus sistendos utimur. Applicantur  
autem partibus, materia cataplasmatis supra pan-  
num lineum aut stupam cannabinam expansa, &  
parti plus minusve calida imponuntur.

### De Pultibus.

#### C A P. L.

P Vltes à cataplasmatisbus parum differunt, &  
P potissimum ex farinis, scopo accommodatis &  
oleis conficiuntur.

Sunt autem duplices: Vel enim intro sumun-  
 a Act. tetr.  
 i. ser. 1. tur, vt cibus a, vel vt alimentum b medicamento-  
 sum, vel vt c medicamentum, de quibus sermo non  
 est: Vel foris ad tumorum concoctionem appli-  
 b Trallian.  
 l. 8. c. 8. cantur. Ut, ad suppurandum paratur ex farinæ tri-  
 c Aegin. l. 7.  
 p. 5. ticeæ lb. B. coctæ in aq. additis olei chamom.  
 Z iiiij. Si magis emollire velis, lilior. si æstum miti-  
 gare, violarum. Ad discutiendum vero ex farin-  
 sem. fœnogr. lini, fabar. hordei, cicerum, cum hy-  
 dromelite mixtis, addito oleo chamom. vel adi-  
 pe. Ad adstringendum vero, vt in alui fluore, ex  
 ori-